

105
AUGERII GISLENII

BUSBEQUII

TRIVM CÆSARVM LEGATI

EXCLAMATIO

SIVE

DE RE MILITARI

CONTRA TURCAM INSTITU-

ENDA CONSILIVM.

Aug. Gisl. von Busbek/
Dreher Kaysere Legatens/
bewegliche

Aufmahnung

oder

Bedenken/welcher gestalt eine Kriegs-

verfassung wider den Türken

vorzunehmen.

Neben einem vor albereit 140. Jahren heraus gege-

benen Anschlag eineszugs wider die Türken/dem günstigen Les-

ser zu Lieb hiebey gedruckt in diesem nunmehr zu End

lauffenden 1663sten Jahre. .B.

98

Lectoti amico Salutem.

AUGERIUS GISLENIUS,
Nobilis Belga, dictus *Busbequius*,
à *Busbequa*, arce, cui, ut Toparcha,
pater ipsius præfuit, Ferdinandi I.
Maximiliani II. & Rudolphi II. Im-
peratorum, exacto seculo, Legatus
quondam fuit, Vir præcellentis inge-
nii, & acerrimi iudicij. Hic qua-
dam, sanè egregia, quæ ipsemet, le-
gationis tempore & occasione, & vi-
dit, & satis cognita habuit, de rebus
Turcicis, præsertim militaribus, u-
tiliter congestit. Exhibetur ejus
Exclamatio, sive de re militari, contra Tur-
sam instituenda, Consilium, afflictum
hodierni Imperij statum, ejusdem-
que remedium, (utinam non sit
nimis lentum!) quasi vaticinio, ad-
umbrans. Publici usus causa, &
ut cuivis, si non Latina, tamen ver-
naculam intelligenti, sana authoris
monita curæ & cordi esse possint,
textus Germanicè redditus est.
Quod si versio non exactè genuinæ
responderit elegantia & brevitati:
animum tamen & propositum non
improbabis, sed boni & in commu-
ne consules. Vale.

Vorbericht!

An den wolgeneigten Leser.

Augerius Gislenius / ein Aider-
ländischer von Adel / genannt
Busbequius / von dem Schloß
Busbeken / welches sein Vatter in Besitz ge-
habt / ware / im vorigen hundertten Christi
Jahr / dreyer Keyser / als Ferdinand des
Ersten / Maximilians des Andern /
und Rudolphens des Andern / Legat und
Abgesandter / ein Mann trefflichen Geis-
tes und scharffen Verstandes. Die-
ser hat viel guter Sachen / welche er
selber / in Zeit und durch Gelegenheit
seiner Gesandtschaft / Reisen / entwe-
der selbst gesehen / oder sonst erfahren /
vom Türkischen Nation / meist aber
Kriegs / wesen / nützlich verfaßt hinterlaß-
sen. Diß ortz wird vorgestellet Seine
Aufmahnung oder räthliches Bedenken
vom Kriegszuge wider den Türken : wo-
rinn der heutige betrangte Zustand des
Röm. Reichs / und dessen Abheffung /
(helffe Gott / daß sie nit zu spat vorge-
nommen werde!) gleichsam aus Pro-
phetischem Geiste / vorgesehen und vorge-
mahlet wird. Um gemeinen Bestens wil-
len / und damit ein ieder diesen heilsamen
Einraht zu Herzen und in Sorgfalt
fassen möge / wird solcher hiemit in beyden
Sprachen hervor gegeben. Infall die
Verteutschung / der Lateinischen Redzier-
lichkeit und Kürze mit gleichkommen sol-
te : wird der wolgeneigte Leser die gute
Gemütemeinung genemhalten.

33(3)88

Captis à Cyro, Perfarum Rege,
Sardibus, cum ea urbs diriperetur,
multaq; passim cædes fieret: memo-
ria proditum est, unum de Cyri militibus
in ipsius Lydorum Regis Croesi cubiculum
penetrasse; ignarumq; quis esset, stricto
gladio, mortem ei afferre voluisse: quare
commotum Croesi filium, qui aderat, ad
id tempus mutum & clingvem, soluto dere-
pente lingvæ impedimento, clamorem su-
tulisse: eaque verba protulisse, quibus
militem ab occidendo Rege detereret. Ita
pietatem in patrem, & periculi magnitu-
dinem sermonis potentem fecisse eum, cui
usum ejus, ad id tempus, natura nega-
visset.

Atq; haud scio, an mihi, quanquam in
re dissimili, simile quiddam usu veniat: Ut
quem pietas dicendi rudem & imperitum,
& qui publicè verbum nullum unquam fe-
cerim, diutius mutum esse non patiat: sed
in gravissimo patriæ discrimine vocife-
rari & exclamare cogat, non ut hostem
ejus jugulo ferrum intentantem deterre-
am (neque enim id ejus immanitas patitur)
sed ut eam moneam, ut sibi caveat: & si-
mul cives meos commonefaciam, ut, dum
tempus est, opem ferant, & saluti con-
sulant.

Nam (Dij vestram fidem) quid hoc,
malum, infelicitatis? quæ hæc miseria est?
lævissimus hostis Turca, innumeris
pœne gentibus devictis, per tot regum
regnorumque stragem, atque cadavera,
ad nos iter sibi patefecit, patriæ nostræ
jugulo mucronem admovent, neque

A 2 tamen

Die Stadt Sardes von
dem Cyrus / der Perser König / erobert
und geplündert / auch viele Einwohner
niedergehauen wurden : ist denkwür-
dig verzeichnet / daß einer / aus des Cyrus Solda-
ten / selbst in der Lydier Königes / des Croesus /
Gemach sich durchgedrungen / und unwissend / wer
er wäre / mit bloßem Schwert / Ihn habe tödten
wollen : Wodurch des Croesus Sohn / welcher
zugegen / und bis auf die Zeit stumm und sprach-
los gewesen war / erschreckt / alsobalden / nach ge-
lösetem Bande und Hinderniß seiner Zungen / ein
Geschrey erhoben / und solche Worte hervor ge-
bracht haben solle / wodurch er den Soldaten / den
König zu tödten / abgeschreckt. Hat also die Lie-
be gegen den Vatter / und die Größe der Gefahr /
den jenigen lassen seiner Rede mächtig werden /
deme die Natur derselben Gebrauch / bis uf die
Zeit / verweigert hatte.

Ich weiß nicht / ob mir auch ein gleichmässi-
ges / wiewol in einer ungleichen Sache / iho zu han-
den komme? daß die Liebe gegen dem Vatterlande
denselben / welcher zu reden ungeschickt und uner-
fahren / und der in öffentlicher Versammlung sein
Wort jemals geredet / nicht länger stumm lassen
wolle : sondern denselben in der schweresten Ge-
fahr des Vatterlandes / zurufen und auszuschrey-
en nöthige und treibe. Nicht daß ich den Feind /
welcher sein Bewehr schon an desselben Hals ge-
setzt / abschreffe (denn das läßt seine Grausam-
keit nicht zu) sondern daß ich gedachtes mein
Vatterland / sich vorzusehen / warne / zugleich auch
meine Landsleute aufmuntere : damit / weil es
noch Zeit ist / dieselbe zu Hülffe kommen / auch ihre
eigenen Wolkfahrt wolrahten und vorstehen.

Dem (hilff ewiger Gott!) was ist das für
eine Unglüt seligkeit? was ist diß für ein Jam-
mer? der grausame Feind und Bluthund / der
Türke / nach dem er bey nahe unzählliche Völter
überwunden / hat ihm durch Niederlage und zu-
grundrichtung so vieler Könige und Königreiche /
und über soviel niedergeseßte Leichname / zu uns
die Bahn gebrochen / und einen offenen Weg ge-
machtet. Unserm Vatterlande setzet er die Spie-
ge sel.

A ij

tamen commovemur, neque suppetias
imus.

In urbe si quod ortum est incendium,
nemo est, qui non, relictis rebus, ad restin-
gendum currat, qui non pro viribus opem
ferre conetur. At nos, qui patriæ cives
amantes haberi volumus, in tanto ejus
periculo, otiosos duntaxat & inertes spe-
ctatores nos præbimus; nec ejus aspectus
turpissimè deformandus, non sacra, non
religio mox abjuranda, non conjugum
& liberorum tacitæ voces, ne se in fœdis-
simam servitutem abripi patiamur, depre-
cantium, movent.

Ignavissimum quodque animal, ubi
prolem periclitari sentit, nullâ vi retine-
tur, per ferrum & flammam opitulatum
runt. Contrâ nos, viri fortes, posterita-
tem nostram, nefariis hostibus ad omnem
injuriam & turpitudinem, ope nostra de-
stitutam prodemus? nam quæ reliqua
nobis spes, quod columnen, quod præsi-
dium; num in ejus hostis bonitate atque
clementia spei aliquid reponemus, qui
postquam ex suis latebris erupit, humani
sanguinis rivus fluere nunquam destitit?
an in ejus æquitate & moderatione? qui
pacem, qui fœdera, nunquam pili fecit?
apud quem nullæ valent communes reli-
quarum gentium leges: quem nullus pu-
dor, nulla honesti ratio continet: qui fi-
dem, qui jusjurandum, homini Christi-
ano datum, violare, ubi rationibus suis
conducit, non modo nullum nefas, ve-
rum etiam pium & sanctum putat. Quem
nos profana stimulat religio, armat ma-
jorum

ge seines Benchers an den Hals / und wir lassen
uns doch nicht warnen / kommen einander auch
nicht zu Hülffe.

So etwan in einer Stadt eine Feuersbrunst
entstanden/so ist niemand / der nicht alles liegen
lasse / und zu leschen lauffe: der nicht nach ver-
mögen sich bemühe/zu retten. Aber wir / die wir
vor des Vaterlandes liebhabende Bürger und
Einwohner wollen gehalten seyn / erweisen uns/
in so grosser desselben Gefahr / nur als Müßig-
gänger/und nichts-wissende Zuschauer. Was der
weget nicht desselben Angesicht/so aufs schändlich-
ste soll verunzieret werden: nicht die Kirchen- und
Gottesdienst: nicht die Religion / welche man
muß verschweren: nicht unserer Weiber und Kin-
der stummes Zuruffen und ängstliches Bitten/das
wir sie nicht in die schändteste Dienstbarkeit hin-
reißen lassen mögen.

Ein jedes / auch das fürchtksamste und faulleste
Thier/wenn es seine junge Zucht in Gefahr schwe-
ben sibet/lasset sich durch keine Gewalt aufhalten/
es dringet durch Waffen und Feuer hindurch / sei-
ne Junge zu retten. Dagegen wir/sonst tapfere
Männer / wollen unsere Nachkommenheit denn
schändlichsten Feinden / zu aller Schmach und
Schande/all-unserer Hülffe entblöset / übergeben
und verrathen? Denn was ist uns für eine Hoff-
nung übrig? was für eine Zuflucht / Schutz und
Hülffe? solten wir einige Hoffnung setzen auf die
Gütigkeit und Hulde desselben Feindes / welcher/
nach dem er aus seinen verborgenen Schlupf-
winkeln hervor gewischet / niemals den Bach des
Menschenbluts hat lassen aufhören zu fließen?
oder uf ein billiges und mit Freundschaft ge-
mäßigtetes Gemüte dessen/welcher den Frieden und
die Bündnisse niemals eine Haar webrt geachtet?
bey welchem die vor allen andern Völkern gebil-
ligte allgemeine Befehle nichts gelten: welchen
keine Schaam / auch kein Ansehen der Erbarkeit/
im Zaum hält: Welcher / den Glauben und den
einem Christen Menschen geleisteten Eyd zubre-
chen/wenn es seinem Vorhaben zu staten kom-
met/nicht allein vor keine Ubelthat / sondern auch
vor ein Gott-wolgefälliges und heiliges

jorum æmulatio, regniq; propagandi cu-
piditas, rapit deniq; sacra & inexplebilis
bonorum nostrorum sitis.

Nam tota quidem nos erramus via, si
aut patientiam nostram, aut injuriarum
oblivionem, vel tantillum ad securitatem
nostram profuturam speramus. Quò nos
modestiores, quò pacis atque pacatorum,
quòq; æqui & boni observantiores osten-
derimus; eò magis in nos ejus hostis in-
solentiam provocabimus. Qui hæc
omnia, non virtuti, sed bonitati nostræ,
refert accepta, sed timiditati, sed ignavia,
sed desperationi rerum nostrarum. In
histe non est, quod spem ullam colloce-
mus; in nobis si nulla est: neq; sane restat
aliud, quàm uti solent homines, judicium
sententia morti addicti, ut placidè ad su-
preum casum nos componamus, & tan-
quam clausis oculis ferrum jugulo recipia-
mus.

Nisi forte vires, aut fortunam ei defu-
turam putemus, quem ex ignotissimo, tot
victoriæ tam terra, quàm mari, brevissimo
temporis spatio partæ, tantopere nobili-
tarunt. Quo velut igne, aut parvis initiis
orto, omnes jam fere totius orbis terrarum
partes onflagrant. Quem bellis fra-
cti reformidant Orientis populi, Asyrii,
Persæ, atque Armenii: Cujus vim atque
arma, ipsi quoque Scythæ sæpe jam sen-
serunt, & qui suis ex altera parte caloribus
tuti esse poterant, Æthiopes. Nam de
nostra Europa quid dicam? captum vidi-
mus Belgradum, obsesam Viennam, &
prædas Linzio usque abactas. Tantos

A 3 progres-

achtet: welchen wider uns / seine ungöttliche Re-
ligion anfrischet: der Eifer/ seinen Vorfahren
nichts bevor zugeben/anharnschet: und die Be-
gierde sein Reich zu erweitern/ endlich sein heillosen
und unersättlicher Durst nach unsern Gütern/
aufreißet.

Wir verfehlen des ganzen Weges / wenn wir
darauf/ob solte uns entweder unsere Gedult / oder
der Schmach Vergessenheit/ auch nur das gering-
ste zu unserer Versicherung nutzen / unsere Hoff-
nung setzen. Je mehr wir uns in den Schranken
der Bescheidenheit halten / den Frieden und die
Verträge / wie auch gleich und Recht in acht neh-
men: Je mehr werden wir wider uns denselben
hochmütigen Feind heraus fordern: welcher die-
ses alles nicht unserer Tugend und Tapferkeit/
sondern unserer frommen Einfalt und Furchtsam-
keit/unserer Hinlässigkeit / und das wir in unserer
Sache verzweifeln / zu danken hat. Bey dem
Feinde ist nichts / worauf wir einige Hoffnung se-
zen können / wenn sie sich bey uns nicht befindet/
so ist traurig nichts übrig / als das / gleich wie die
durch der Richter Urtheil zum Tode Verdammete
und Ubergabene pflegen / wir ohne einige Ange-
berde uns zum letzten Unfall schiffen / und gleich-
sam mit verschlossenen Augen/den Streich an un-
serm Halse annehmen.

Und können wir auch etwan in die Meinung
gerathen / es werde dem jenigen an Kräfften oder
Glücke ermangeln/ welchen aus einem ganz unbe-
standten/ so viele sowol zu Lande / als Wasser / in
gar kurzer Zeit erhaltene Siege / so hoch geachtet?
Von welchem / als einem vom geringen Ursprun-
ge entstandenen Feuer / fast alle Theile der Erden/
in liechter Höhe stehen? Welchen die durch Krie-
ge gedemüthigte Morgenländische Völker / die
Ägypter/Perfer und Armenter / heftig fürchten?
dessen Gewalt und Waffen auch die Tartarn
selbst schon oft empfunden/ wie auch die Mohren/
welche uf der andern Seite durch die brennende
Hitze ihres Landes sicher seyn konten? und was
soll ich von unserm Europa sagen? Gesehen ha-
ben wir / das Griechisch-Weissenburg eingenom-
men/Wien belagert / und bis von Linz Beute ge-
hohet

propressus ad nostram perniciem, præter alias victorias, unus Suleimannus facere potuit.

Nostrorum Regum est, pro terræ cespice, ab stirpe ultima, ad seros usque nepotes, inter se bella continuare: Ottomanorum singuli (utinam ne tam verè quàm dolenter dicam) suis victoriis regna regnis semper accumulaverunt; ita ut quantum olim florentissimæ nationes imperiis suis complexæ sunt, Assyrii, Persæ, Macedones, Romani, soli sua ditioe tenere videantur. Et nescimus adhuc, quo versetur in periculo? quod mare, qui montes, quæ solitudines, aut qui populi in medio relictæ, quorum præsidio nos ab horum injuria tutos fore speremus? Amissa, prostrata omnia. Hærent in cervicibus nostris, quos procul perhorrescere debebamus.

Patriæ sanguine, atque ultimo spiritu litandum est hosti cruentissimo. Nam ne id quidem solatium superest, quod fere solet in gravissimis mortalium cladibus, ut cum bona spe simus, hæc mala non fore diuturna. Sæpe barbaræ nationes, multis provinciis, tanquam subita aliqua procella, gravem calamitatem intulerunt; Sic Gotthi, Wandali, Alani, Hunni, Tartari multas regiones inundarunt, magnisque cladibus affecerunt, quæ tamen eo tolerabiliore videri potuerunt, quod certa spes, perpetuas non fore, relinqueretur. Itaque postquam illa veluti tempestas præterierat, quæ afflicta, imò pene deleta videbantur, mox recreata revirescebant. Sed hic hostis ea est vigilantia, eam servat disciplinam, ea utitur in conservandis iis, quæ sibi adjunxit, ratione; ita regnat ac domi-

holet worden. Einen so grossen Ruf und Fortgang hat / zu unserm Verderben / außer andern Siegen/der einige Soliman thun können.

Unserer Könige Gebrauch ist/ um einen Erbschollen/ von der ersten Ankunfft des Geschlechtes/ bis uf spate Nachkommen den Krieg gegeneinander zu beharren: Aber alle Othomannen (wolte Gott/ich redete nicht so wahr / als wehemütig) haben durch ihre Siege ihr Reich mit Reichen allezeit vermehret; also daß / soviel etliche Nationen/als die Assyrier/Perser/Macedonier/Römer/ in ihrer höchsten Blüt/mit ihren Reichen umfangen / diese allein unter ihrem Gebiete zu haben scheinen. Und wir wissen noch nicht/in was Gefahr wir schweben? was für ein Meer / welche Berge / welche Wüsteneyen / oder welche Bölzer sind zwischen uns und ihnen in der Mitte gelassen/ in deren Beschirmung wir vor ihrem Überfall und diesem Unfall sicher zu seyn / hoffen mögen? Es ist alles verlohren und verhauffet. Vor welchen uns von fernem grauen solte / die hangen schon an unsern Natten.

Diesem grausamen Feinde muß man das Blut des Vaterlandes / und den leyten Odem opfern. Denn uns ist auch nicht einmal der letzte Trost übrig / welcher gemeinlich bey den schweresten Niederlagen der Menschen zu seyn pflegt/daß wir guter Hoffnung seyn können / es werde solches Übel nicht lange währen. Es haben schon oft die wilde und barbarische Bölzer / gleich als ein plötzlich-entstandener Sturmwind / vielen Landschaften beschwerliche Schäden zugefüget. Also haben die Gotthen / Wenden / Alaner/Hunnen und Tartarn viele Länder überschwemmet/ und jämmerliche Niederlagen darinn verübet: welche jedoch desto erträglicher haben können scheinen/weil eine gewisse Hoffnung / daß es nicht immerhin wären / oder allezeit dabey bleiben würde/übrig war. Daher dann / wenn solches/als ein Sturmwind/ vorüber gewesen/das jenige / so als ganz darnieder geschlagen / ja auch bey nahe ausgegetiget geschienen / bald wieder erquittet worden/und hervorgeprüffelt. Aber dieser Feind/ ist von solcher Wachsamkeit; er hält so gute

natur, ut ubi semel vestigium fixerit, inde semoveri non patiatur; nunquam se attollat leges, quam semel illa calamitas depresserit: adeoque difficile dictu videtur, sit ne in acquirendo felicior, an in tuendo, quæ acquisiverit, firmior.

Tanto igitur in periculo positi, cur non consulimus in medium, cur non molimur, non omnia tentamus? Cur stupet in nobis ingeniosa illa necessitas, admirabilium effectrix operum? Feras equidem videmus, extremo casu deprehensas, quàm multa pro sua libertate fortiter contentur, nihil non audeant, omnia periclitentur, si quam forte evadendi viam invenire possint, denique vitam citius quam libertatem amittant.

Sed hic fortasse dicit aliquis: Quid est ergo tui consilii? nam præsentem rerum statum deplorare, de periculo atque imminentibus malis declamare, cuius facile est: remedio est opus, id exquiritur, de eo dic, si quid habes.

Dicam & quidem paucis. Armis opus est: opus est armis contra vim atque arma, sine armis fieri nihil rectè potest. Horum præsidio salus patriæ munienda, aut nobis omnibus ad unum pereundum. Nullum hoc verius oraculum. Sed Dum meliora! arma capessamus potius; quæ quidem non intimis terræ visceribus abdita latent, & si laterent, magna quavis molitione eruenda essent, neque aliunde procul, ex ultimis terris, arcessenda: sed sunt pa-

Kriegszucht: er gebraucht sich/ das jenige / so er ihm zugeeignet/zu erhalten / solcher Art und Weise: Er regieret und herrschet also: daß er / wo er einmal seinen Fuß fest gesetzt / sich nicht von dainen bewegen oder treiben lässet: auch niemals daselbst der Same sich aufrichtet/ und wieder hervor wächst / welchen einmal dieser Wettershade niedergeschlagen. So gar schwer scheint es / zu entscheiden / ob er etwas zu erobern glücklicher/ oder dasselbe/so er unter seine Klauen bekommen/ zu vertheidigen standhaftiger sey.

Weil wir nun in so grosser Gefahr schweben/ warum tragen wir nicht / dem gemeinen Wesen zu Nuzen / gedeylichen Raht zusammen? warum machen wir keine Verfassung / und versuchen nit alles? warum erbldet in uns die zu andern unsern Nöten so behusige Scharfsinnigkeit / welche so viele wunderbare Werke ausfündig gemacht? wir sehen ja an den wilden Thieren / wenn sie von dem äussersten Unfall überfallen / wieviel sie vor ihre Freyheit tapfer unternehmen / alles wagen/ und alles in die Schanze schlagen / ob sie etwan einen Weg / zu entwischen / erfinden können: Endlich ihr leben viel lieber / als ihre Freyheit/ verlieren.

Aber alhier saget vielleicht jemand: was ist denn dein Raht? denn den gegenwertigen der Sachen Zustand beweinen / auch von der Gefahr und bevorstehenden Unglücke reden/ist eine Kunst/ die ein ieder kan. Ein Hülfmittel ist von nöten: darnach wird ihl gefragt. Hiervon sage/so du etwas hast.

Ja ich will es sagen / und zwar mit wenigen, Waffen / Waffen müssen da seyn! die Waffen seynd von nöten/ wider den Gewalt der Waffen: ohne Waffen kan dieser Sache kein recht geschehen. Durch deren Beschirmung muß das Vaterland befestiget werden / oder wir müssen alle bis uf einen Mann verlohren geben. Keine Göttliche Weisagung ist wahrhafter / als dies: Aber Gott verleibe ein bessers! lasset uns die Waffen ergreifen! diese liegen nicht in dem innern Bauche der Erden verschlossen und verborgen: und wenn es auch wäre/ solten sie dennoch durch ernstliche Bemühung heraus geholet werden.

rata, sunt in promptu; sunt, si velimus, in manibus. Nascuntur etiamnum apud nos viri. est copiosa juvenus, bello apta, pro patria, pro aris & focis, sanguinem fundere parata. non equi, non ferrum; non aurum, non opes, non machinæ tormentaque, non reliqui ad bellum paratus defunt omnia, quæcunque ad res magnas & suscipiendas & conficiendas requiruntur, nobis larga manu suppeditavit divina benignitas: modo ne sumere recusemus.

Voluntas (inquam) nostra & manus tantum desiderantur, quas mature admoveamus, dum iustæ adhuc vires supersunt; antequam debilitata ruant omnia; alioqui sero & nequicquam consilia prætermissa respectabimus, nobisque idem eveniet, quod ægrotis, qui, dum tempus est, & vires sunt integræ, ad medicinæ mentionem nauseant, neque possunt ulla ratione adduci, ut salutaribus in tempore potionibus utantur: sed ubi opportunitas præterit, morbusque ad id invaluit, ut debilitatis viribus medicamento non sit locus, frustra medici fidem neglectaque remedia requirunt. Quorum exemplo nobis cavere debemus; & antequam, pluribus illatis vulneribus, nos hostis plane conficiat, dum plaga nulla lethalis est, dum nondum omnis profluxit sanguis, remedium in tempore adhibere, hoc est, arma expedire, totosque nos ad defensionem comparare.

Quæ meditantur atque agentes, Deo rite supplicabimus; cumque preces nostras haud averfaturum merito sperare poterimus. Quod si per simulationem pietatis, inertiam nostram velificari volumus, &

malè

dürfen sie auch nit erst anders woher / und aus der ferne / aus weit entlegenen Ländern beruffen: sondern sie seynd schon fertig / und wenn wir nur wollen / schon in unsern Händen. Es werden ja noch bey uns Männer geböhren. Wir haben ja viel junge Mannschafft / so zum Kriege tüchtig / und bereit ist / vor's Vaterland / vor Heer und Altar ihr Blut zu lassen. Es mangelt nicht an Pferden / nicht an Eisen / nicht an Gold und Geld / nicht an Stücken und Geschützen / noch an andern Kriegsbereitschafft. Die Göttliche milde Güte hat uns alles / was grosse Thaten anzureiten und zuverrichten / erfordert wird / mit reicher Hand dargeboten: wenn wir nur solches anzunehmen / nicht selbst abschlagen.

Es mangelt / sage ich / nur an unserm Willen / und an Händen / welche wir zeitlich anlegen müssen / weil noch rechtmässige Kräfte vorhanden seynd: ehe alles krafftlos dahin sinket. Sonsten werden wir zu spate und vergebens / nach den ausser Handen gelassenen guten Vorschlägen / zurück sehen / und wird uns eben das begegnen / was den Kranken / welche / weil es Zeit ist / und die Kräfte noch vollkommen seynd / einen Eitel empfinden / wenn man der Arzney gedenket / und sich auf keine Weise vermögen lassen / daß sie bey Zeiten der Heilung trünke gebrauchten: nachmals / wenn die bequeme Zeit vorüber / und die Krankheit also überhand genommen / daß die Kräfte geschwächet / und die Arzneyen nicht mehr anschlagen wollen / so dann erst vergebens einen getreuen Arzte / und nach dem zuvor verachteten Hilfsmitteln schreyen. Lasse uns / von diesem Beyspiel gewarnt / uns hüten: auch ehe und bevor uns / nach vielen geschlagenen Wunden / der Feind ganz zu Grunde richtet / weil noch keine tödliche Wunde da / und noch nicht alles Geblüte entronnen ist / die Arzney bey Zeiten gebrauchen / das ist / die Waffen hervor suchen / und uns recht in Gegenwehr stellen.

Wenn wir hierauf bedacht seyn / und die Sache angreifen / so müssen wir Gott uf rechte Weise demütiglich anrufen: können auch sicherlich hoffen / er werde unser Gebet nicht ungnädig antworten. Da wir aber / mit einem Schein der Heiligkeit unsere Faulheit unterstützen / auch durch

einen

malè quaesito compendio à Deo, sine opera, sine studio, sine labore nostro, impendentibus malis opem solis precibus impetrare: nã ille injustæ petitioni nostræ se haud facile æquum præbebit. ipsi in primis nostro fungamur officio: & partes diligentia, constantia, virtutis & fortitudinis, in hunc potissimum usum ab eo nobis datas, impleamus. Nisi aret, serat, ac metat agricola, frustra à Deo copiosam messem postulet. Certum in istis rebus inferioribus ordinem statuit Deus, quem haud temere neglectum vult: labori, diligentia, assiduitati, solertia, virtuti multa præmia proposuit, quæ negavit inertia.

Vis scire literas, Musicam, Astronomiam, Mathematica; discere, labora, nervos contende. hæc otioso tibi nullum insperabit numen: per eam vitam, eosque gradus, quos Deus posuit, tibi persequenda sunt. Instrumenta, ad ea consequenda, modò tibi ne desint, largitus est, ea adhibe, iis utere: dabit ille benedictionem, & incrementum. Vis tueri patriam, hostem profligare, potiri victoria? non hoc consequeris sedens, non iners, non otiosus: insurgendum est; arma capienda, tractanda, adhibenda exercitatio; assuescendum est labori, soli, pulveri, siti atque inedia. His armatus atque instructus, divinam opem implora. Atque ita bonæ spei plenus, procede in aciem, munere tuo functus es, instrumentis, quæ tibi Deus dedit, rite usus es, servasti ejus ordinem, neque positas ab eo leges contempsisti.

B

Rei

B

Der

einen übel-gesuchten Vorteil / von Gott / ohne Handanlegung / ohne Mühe / und ohne unsere Arbeit / wider das einbrechende Ubel / durch das bloße Gebet / Hülfe zu erlangen vermeinen wolten: so wird er warlich gegen unser nicht recht angestelltes Gebet / sich nicht leichtlich gnädig erweisen. Lasset uns zu fördern unsere Schuldigkeit verrichten / und die Gebürnis unsers Fleißes / Beständigkeit / Tugend und Tapfferkeit / welche uns vornemlich zu diesem Behuf von Ihm verliehen / einwenden. Wenn der Acker nicht pflüget / säet und Erndet / wird er Gott vergebens um eine reiche Erndte bitten. Gott hat in solchen weltlichen Dingen eine gewisse Ordnung gesetzt / welche er nicht vermessentlich will außer acht gelassen sehen: Er hat der Arbeit / Fleiß / Emsigkeit / Scharffsinigkeit und Tugend viele Geschenke vorgestellet / welche er aber der unwichtigen Trägheit verweigert.

Wiltu die freye Künste / die Music / Astronomy und Mathematic wissen / so lerne / arbeite und strecke den Kopf und das Vermögen deiner Sinne daran: kein Göttliches Oracul wird dir / wenn du müßig bist / solche einblasen: du mußt ihnen / auf solchem Wege und durch solche Tritte / wie sie Gott geordnet hat / nachjagen. Er hat dir die Werkzeuge / dieselbe zu erlangen / wofern nur der Mangel nicht bey dir ist / reichlich vertheilt: die nimm zur Hand / derselben gebrauche dich / er wird so dann das Gedeyen und Wachstum vertheilen. Wiltu das Vaterland vertheiden / den Feind aus dem Felde schlagen / den Sieg erobern? das wirstu nicht erlangen / wenn du still sitzest / die Hände in den Schoß legest / und müßig bist: du mußt dich ermuntern und aufmachen / die Waffen ergreifen / mit denselben umgeben / und dich darinne üben. Man muß der Arbeit / der Sonnen Hitze / des Staubs / Dursts und Hungers gewohnt werden. Wann du hiemit gewaffnet und abgerichtet bist / so ruffe Gott um Hülfe an: und alsdann begib dich voller Hoffnung in die Schlacht: so hastu das deine gethan / und die Rüstung / welche dir Gott gegeben / recht und wol gebraucht: so hastu die Ordnung in acht genommen / und die von Ihme vorgeschriebene Befehle nicht verachtet.

Rei exitum, piis precibus, vitæque integritate, ejus elementaræ & bonitati commenda. Non est nostri arbitrij neque facultatis victoria; sed Dei solius beneficio contingit. Cujus tamen non legitime neque ordine petentem haud sæpe compotem fieri videmus; & si secus quandoque fiat (quod sane fit rarissime) id tribuendum est miraculo. At nos Deum tentare non debemus, neque temere quicquam conari.

Nec male, meo quidem judicio, Cato apud Sallustium, Senatui adhortatus, ut contra Catilinam arma capiat, his verbis nititur, Scilicet res aspera est: sed vos non timetis eam. imo vero maxime, sed inertia & mollitia animi, alius alium expectantes, cunctamini, videlicet Diis immortalibus confisi, qui hanc Rempublicam sæpe in maximis periculis servavere. Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur. Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt: Ubi fœcordiæ te atque ignaviæ tradideris, nequicquam Deos implores: irati, infestique sunt. Nos ergo, quod est partium nostrarum, exequamur; eodemque tempore, non iniustis precibus, divinam opem atque misericordiam imploremus, armati, in castris, in opere atque negotio.

Sed occurritur mihi à bonis atque prudentibus viris; istam publicam calamitatem

Der Sachen Ausgang stelle mit einem heiligen Gebete/und unsträflich emleben/seiner Mildigkeit und Güte anheim. Der Sieg ist nicht in unserm Willen und Kräften / sondern wird allein durch Gottes Wohlthat erlangt. Dessen wir aber denjenigen/der hierum weder rechtmässig noch ordentlich ansuchet / mit oft sehen theilbassig werden: und wenn es je zu weilen geschiehet / (welches aber gar selten geschiehet) so ist es einem Wunderwerke zuzuschreiben. Wir sollen aber Gott nicht versuchen / noch verwegentlich etwas unternehmen.

Meines Bedünkens hat der Cato/beym Sallustius, den Römischen Rath, wider den Catilina, die Waffen zu ergreifen/vornahmend/sich dieser Worte nit übel gebraucht: Es ist freylich eine schwere und unbeliebte Sache: Aber Ihr fürchtet euch nicht dafür. Doch ja ihr fürchtet euch/und aus faulem und verzagtem Gemüte zaudert und troffet ihr / in dem einer auf den andern wartet: weil ihr euch auf die unsterbliche Götter / welche dieses Stadt/Regiment oft in den größten Gefährlichkeiten erhalten/verlassen. Der Götter Hülffe wird nicht/durch Wünschen noch weibliches weiches Gebet erworben. Wenn man wachsame Augen hat/das Werk angreiset/ auch guten Rath fasset und ertheilet/ so gehet alles glücklich von statten: wenn man sich aber der Fahrlässigkeit und Zagheit ergeben wird / so ruffet man die Götter vergebens an: Sie seynd so dann erzürnet/und dem Vorhaben zuwider. Dannhero lasset uns dasjenige/so unsers Amtes ist / verrichten/ und zu einer Zeit/ mit nicht-unrechtmässigen Gebete / Göttern Hülffe und Barmherzigkeit / gewaffnet / in dem Feldlager / bey vollem Werte und Geschäfte/ anrufen.

Es wird mir aber von guten und flugensenten widersprochen/es sey diese Weise dem allgemeinen

medendi rationem, aliquoties tentatam, minus feliciter evenisse, nosque, quoties ad arma & manus cum Turcis ventum sit, inferiores discessisse. Audio: neque nihil est, quod dicitur, atque eo ut veniremus, hæc ferè mihi erat instituta oratio. Armis (inquis) contra Turcam hæcenus parum profecimus: esto, sed quibus tandem armis; hoc nos expendere, & in eo aliquantum morari, est operæ pretium.

Quum Turca fines nostros infestare, aut cum numeroso exercitu ad nos ascendere nuntiaretur, dedimus operam, ut nos quoque copias cogereamus. Sed quas copias, quem militem coëginus? num veteranum? num eum, cujus virtutem, multis jam ante documentis cognitam, habeamus? quo vincere confeceramus? non opinor, sed potius huic dissimilium. Pulsata longè latèque tympana: ad eorum strepitum convenere, lucelli spe, quibus visum est, tertius fortasse quisque, quiloricam aut thoracem nunquam induerat, nec hostem vel à belli lumine salutarat, reliqui quales? homines luxu perdit, decoctores, ganeones, aleatores, obarati, exules atque dissimiles (paucis exceptis) ferè reliqui, quos eo perduxit non patriæ charitas, non æquitas causæ, non religionis studium, non amor exercendæ virtutis, sed ebrietatis, alex, rapinarum, sacrilegiorum, stuprorum, & (ut uno verbo dicam) scelerum & flagitiorum omnium impunitas atque licentia.

Jammer heilsamlich abzuhelfen / etliche mal versucht worden/aber nicht glücklich ausgeschlagen/ und wir haben so oft es mit dem Türken zu den Waffen und Handgefechte gekommen / den Kürzern ziehen müssen. Ich verstehe wol / und es ist nit ohne: habe auch ich diese Rede/damit wir hierauf kommen möchten / selbstes so ferne geleitet. Mit Waffen/sagstu / haben wir seithero wenig zu unserm Vortheil ausgerichtet. Es sey also! aber mit was für Waffen? es ist der Mühe wehrt/das wir dieses erwegen/und uns ein wenig hierbey aufhalten.

Als uns verkündiget wurde/das der Türke unsere Gränzen unsicher machen/oder mit einem sehr grossen Kriegsheer überziehen würde: haben wir uns bemühet/das wir auch einige Hauffen zusammen brächten. Aber was für Hauffen / und was für Soldaten haben wir zusammen gebracht? waren es vordessen-geübte alte Soldaten / deren Tapferkeit uns schon vorhero/durch viele Proben/bekandt worden / und durch welche wir zusegen pflegten? Ich halte es nicht dafür / sondern vermute viel ein anders. Die Trummeln wurden zwar weit und breit gerühret: Auf ihr Geröhne seynd/in Hoffnung eines Gewinnleins / denen es eben war / zusammen gekommen. Vielleicht hat der dritte Theil von ihnen niemals einen Panzer oder Brustharnisch angehabt? hat nit einen Feind im Kriege gesehen / oder ihm einen guten Morgen geboten? Die andere aber/was für welche sind sie gewesen? Es waren Leute / durch Dreyigkeit und Wollust verdorben / Verschwender oder Banterotirer/ Hurenwirthen / Doppeler und Spieler/mit Schulden beladene/ aus dem Lande Verjagte / und dergleichen Gesindlein / wenige ausgenommen. Die übrigen hatte zur Drummel geführt/ nicht die Liebe zum Vaterland/nicht die Billigkeit der Sache / nicht die Besitzheit der Religion / nicht die Begierde ihre Tapferkeit zu üben/sondern damit sie ihre Völlsäuferen / ihr Doppeln und spielen / gewaltthätiges plündern / Kirchenraube / Hurenleben / und / das ichs mit einem Worte sagen möge / alle Bubenstücke und Lasten frey und ungestraft fort-üben möchten.

Cum huiusmodi turba, nullo delectu collecta, vel potius cum fece perditorum hominum, Deo pariter atque hominibus inuisorum, contra tantum hostem, sacrum videlicet auspicamur bellum. Itaque non tam militum conventus, quam Bacchanalia, nostra castra videri possunt: Ubi luxuria, corruptelis, libidine, impietate, crapula, tumultu, rixis atque cædibus, strepunt & permiscuntur omnia. Hic tamen tam bellus miles, magnis impendiis procul est suis sedibus excitandus, magnaue cum iactura temporis, ubi etiam res summam celeritatem exigit, perducendus. Fortem & assuetum laboribus Hannibalis militem, Campaniæ luxus & deliciæ fregerunt. nobis nulla opus est Campania; imbelles, enervati, perdit, in castra venimus. Itaque si hostis desit, mora paucorum mensium, aut caniculæ fervor, aut primorum frigorum morfus, quantumvis magnas, copias nostras maciant & jugulant.

Et nos miramur, cum hoc tali milite, nihil nobis contra exercitatissimum hostem procedere? Si quas privatim paulò periculosiores simultates gerimus, aut per loca latrociniis infesta nobis faciendum sit iter; non temerè, nisi spectatissimis comitibus, corporis nostri custodiam committimus: sed nec si gravioris quicquam negotii incidit, id nisi hominibus experientibus & peritis mandare solemus. Hic ubi tanta res, communisque omnium salus agitur, tam sumus negligentes, ut copias non modo non idoneas, sed jam pene profligatas, antequam in aciem producantur, hosti tot virtutis claro, obicere non vereamur.

Mit dergleichen/ohne ertiesen und Unterscheid zusammen geklaubtem Volke/oder vielmehr mit solcher Grundsuppe verdorbener / Gott zugleich und den Menschen/verhaffeter Leute/sahen wir/wider einen so mächtigen Feind/einen Gott zu Ehren angesehenen Krieg an. Dahero dann unsere Heerlager nicht so sehr vor eine Versammlung der Soldaten / als vor Tagnachts Aufzüge anzusehen sehnd: woselbst Vppigkeit / verderbliche Sitten / unkeusche Begierde / gottloses Wesen / Füllerey / Empörung / Hader und Palgerey / durcheinander tummeln und wimmeln. Gleichwol muß dieser schöne Soldat/mit grossen Kosten / weit her aus seiner Wohnung aufgetrieben / und mit grossem Verlust der Zeit/da die Sache die höchste Eilsärgkeit erheischet/herbey geführt werden. Des Hannibals tapfere und zur Arbeit gewehnte Soldaten/hat die Vppigkeit und Wollust in Campanien geschwächet. Wir haben kein Campanien vonnöthen: wir kommen schon unwehrhaft/von Kräften abgemattet / und verdorben ins Lager. Dahero/wenn es schon an dem Feinde fehlete / würde doch im Verzug etlicher wenig Monate / entweder die Hundestages Hitze/oder das Ungemach des ersten Frosts / unsere wievöl-grosse Hauffen hinopfern und zu Boden richten.

Und wir verwundern uns / daß uns mit solchen Soldaten / wider einen best-geübten Feind/nichts von statten gehen wolle? Wenn wir etwa eigene gefährliche Mißverstände mit andern haben/oder sonst durch Ortter / so von Raubereyen unsicher/reisen sollen/so vertrauen wir die Aufsicht unsers Leibes mit unbedachtfamer Weise einem Leuten/sondern nur getreuen und bewährten Gleitsleuten: oder auch wenn ein wichtiges Geschäfte uns vorfällt/so pflegen wir solche nur erfahrenen und wichtigen Menschen anzubefehlen. Alhier in so wichtiger Sache / darunter unser aller gemeine Wohlfahrt waltet/seynd wir so fahrlässig/daß wir nit erblöden / nicht allezu feinen tüchtigen Kriegshauffen/sondern bey nahe/ehe sie in die Schlachordnung gestellet werden/schon zerstreute Truppen / einem von so vielen Siegen berühmten Feinde/entgegen zu führen.

Revertor itaque eo, quod initio dixi, aut idoneorum armorum prædicio, publicam incolumitatem tuendam, aut nullam relinqui, quæ nos ab universo exitio vindicare possit. Quem igitur militem requiro? Nostrum imprimis; in nostris sedibus natum; de nostris populis delectum. Nam cum in rebus bellicis plurimum valeat celeritas, eaue vel maxime contra Turcam, hostem expeditissimum, necessaria sit; milite opus est eo, qui non procul arcessendus, diuque expectandus sit: sed sit in promptu, & tanquam ad manum, semperque nostræ potestatis. Atque hunc non temerè, neque casu oblatum, sed percensitis omnibus, qui arma ferre possunt, magno iudicio delectum. In quo maxime cavendum, ne is eligatur, qui molliori cultui atque victui assueverit, aut quem prava educatio vitii infecerit, aut fregerit otium; ne vecors, ne insanus, ne contumax, ne turbulentus, ne seditiosus, sed sit adhuc à deliciis integer, aptus tolerando labori, & cum bono corporis habitu, qui simplicitatem, probitatem, animique magnitudinem quandam, toto vultu, atque omnibus oris lineamentis, præ se ferat, ac spiret. qua de causa, arti alicui laboriosa, quam sedentariæ assuetum; rusticum quam urbanum; in monte quam in planitie; in re tenui, quam in mediis divitiis natum malim.

Hunc ita electum militaribus præceptis, armorumque scientia erudire velim. Armatus hastam vibrare & versare, gladio item, & minore bombardæ scienter uti, servare ordinem, & sub armis, ad multum spatium,

Demnach komme Ich wider darauf / was Ich Anfangs gesagt / daß nemlich entweder die gemeine Wolfart / durch den Schutz tüchtiger Waffen / müsse vertheidiget werden / oder aufer dem nichts übrig sey / das uns von dem allgemeinen Untergange erretten könne. Was will ich aber für einen Soldaten haben? zu förderst einen unserer Landesart/welcher in unserer Luft geboren / und aus unsern Landsleuten erworben worden. Denn weil in Kriegssachen die Geschwindigkeit gar viel gilt/dieselbe auch wider einen sehr wolabgerichteten und behenden Feind höchst-notwendig erfordert wird: Als ist ein solcher Soldat von nöthen/welcher nicht von ferne herzuholen / und auf dem man lange warten müsse / sondern der in Bereitschaft/und gleichsam vor der Hand/auch allzeit in unsern Mächten sey. Und zwar muß dieser nicht/wie er ungefähr herzu getrummelt wird / sondern mit sonderbarem Bedacht / welcher die Waffen zu tragen tüchtig sey oder nicht / erwählt werden. Wobey man höchst sich vorzusehen hat / damit man nicht einen heraus lese / welcher zärtlicher Kleidung und Speisen gewöhnet/ oder welchen eine böse Auferziehung mit lastern angegriffet / oder dem der Müßiggang die Cräfte geschwächet: damit er nicht sey ein Toller / ein Unsinniger / ein Widerspenstiger/ein Polterer / ein Meutmacher / sondern ein von Wollüsten noch nicht Eingenommener/die Arbeit auszusehen geschickt / von guter Gestalt des Leibes / und der eine Einfalt / Frömmigkeit und die Grossmütigkeit aus seinem Gesichte / und desselben ganzer Bildung erscheinen und strahlen lasse. Der Ursach halben wolte ich lieber einen/zu einem arbeitssamen Handwert/als zum sitzen gewehnten / lieber einen Bauern / als Bürger/lieber einen vom Gebirge/als vom platten Lande/ lieber einem in schlechtem Hauswesen/ als mitten im Wolstand und Reichthum geborenen/ausuchen.

Ein also ausgeförnter Soldat/solte/nach meinem Willen/in den Kriegs-Reguln / und in Wissenschaft der Waffen / unterwiesen werden. Er solte sich gewehnen/gewaffnet die Pike und Partisane zuschwingen / auch des Degens und obern Bewehrs sich meisterlich zu gebrauchen / die Ordnung

tium, decurrere consuecat, veram laudem appetere, flagitium pejus letho odisse, pietatem colere, & ab omni in Deum verborum contumelia sibi temperare discat. Idem dicto audiens sit suo duci, ejusque animadversionem patienter admittat; in hostem ferox, in commilitonem lenis & tractabilis. Victus parsimonia, neque crapulae, neque ebrietatis suspicioni locum relinquat. Postremo suo stipendio sit contentus, atque ab omni praeda, praeterquam concessa, se abstineat. Hujusmodi disciplina informari militem oportere dico, qui contratantum hostem possit consistere.

Neque tamen eum statim in aciem duci, aut de summa rerum, tyronem cum veterano, velim decernere; sed in stativis praesidiis eum collocari, & excursionibus, levioribusque praeliis, paulatim in belli consuetudinem venire. Quae ratione vulnus pati, hostis conspectum ferre, & timorem (quem omnis novitas afferre solet) sensim deponere consuecat. hoc ita instituto & confirmato; non contemnendum gradum ad spem melioris fortunae factum affirmare audebo,

Quare in eo vel potissima laboris & curae pars ponenda, ut homines, armorum & rei militaris peritissimi, conquiritantur; a quibus ii, quos dico, tyrones, veris & germanis disciplinae militaris praecipis formentur. Hos summa virtute, continentia, & sobrietate praeditos, nullis avaritiae lordibus contaminatos requiro; ut non modo hanc sobolem, in communis salutis spem succrescentem, arte militari

ipdu-

nung zu halten / und in der Rüstung einen guten Streich Weges fortzulauffen. Er solte lernen/nach dem warhafften Tode zu streben/die Vbelthat ärger als den Tod zuhasen/die Gottesfurcht hoch zuachten/und sich aller lästerworte wider Gott zu enthalten. Es solte derselbe seines Obristen Worten Gehör geben und gehorchen/auch dessen Straffe gedultig annehmen: wider den Feind frech und wild/gegen seinen Spiesgesellen aber gelind und sanftmütig seyn. Die Sparsamkeit in der Beköstigung / solte dem Argwohn der Böllerey und Trunkenheit keinen Raum lassen. Jeglich solte Er auch mit seinem Solde zu frieden seyn/und sich von aller/ausser der zugelassenen / Beure enthalten. Ich sage / in solcher Zucht müsse ein Soldat abgerichtet werden / welcher wolte wider einen so mächtigen Feind bestehen können.

Ich will aber nicht / daß er alsobald in die Schlacht geführt werde / und der Junge Vnerfahrene/mit dem alten Geübten / um das gemeine Wesen / sich in ein Hauptgefechte einlasse: sondern er soll in den Lägern oder Besatzungen unterhalten / inzwischen mit Ausfällen und kleinen Scharmügeln allgemach zur Gewonheit des Kriegs gelangen. Vñ solche Weise würde er sich gewöhnen/eine Wunde und Schmarre zuvertragen / des Feindes Anschauen zu dulden / und die Furcht (in welche eine tegliche Vnawöhnlichkeit zu stürzen pfleget) merklich abzulegen / wenn er also unterwiesen / und in stete Übung gebracht/will ich tühn sagen / daß er seinen verächtlichen Mut oder Fortgang zur Hoffnung eines bessern Glükkes gethan.

Dahero dann dahin am meisten zu arbeiten/ und zu foragen/daß in den Waffen und Kriegshändeln best-erfahrene zusammen gesucht werden/von welchen die jenige / so ich Junge Lehr-Soldaten nenne/in den wahren und aufrichtigen Regeln der Kriegszucht abgerichtet würden. Von solchen mit höchster Tapferkeit / mäßigem Sinne und Mäßigkeit begabten / und mit dem Vnsichere des Behagens unbedelten/begehre ich / daß sie nicht allein diese/zur Hoffnang gemeiner Wohlfart / aufwachsende Junge Bursche / zur Kriegskunst anführen/son-

inducant; verum etiam vitae & integritatis exemplo, ad omnem virtutem erudiant: utque eorum fidei, hic noster exercitus, cum eum in hostem tempus evocabit, recte committi possit. quibus sane ducibus periculum non erit, ne falsum militum numerum referentibus, publicum fraudetur avarium. Ex quo, communium praefectorum scelere, hodie fieri videmus, ut, quantumvis ampla Regum opes, alendo paulo diutius exercitui non sufficiant: & saepe numero, ubi acie confligendum sit, magnum adeatur periculum, dum Imperatores ea ducum relatione decepti, se copias numerosiores habere, quam res sit, credunt.

